ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Nobilissime Hugeni,

literas tuas, illas plenas genij & eruditionis, quibus
Epigramma meum Illustrissimo Dno de Vona transmissum
scribis, iam nuper accepi. Pro tuis epigrammatibus acutis
doctisq: alias, per Dei gratiam, paria reponam. Jam ut
faciam, non patitur adversa valetudo, quae pristinum mihi
vigorem, animumq. non parum labefactavit. Ante dies aliquot
scripsit mihi Nobiliss. Mylius, non defuturum mihi Princi-
pis Illustriss. favorem benevolentiamq. in obtinendo, ut vocant,
vicariatu, aut simili beneficio, cujus donatio est penes Principem.
Itaq. monebat, uti aurem tibi vellerem, rogaremq. A. T.
uti oblatis occasionibus rerum mearum rationem habeat. Quare
hac cura, Nobilissime Hugeni, ut curae tibi sit etiam
atq. etiam rogo. Ego hoc in reliquis tuis erga me meritis
beneficiisq. reponam. Vale vir nobiliss. et praestantissime,
ac scriptionem brevem languidamq. morbo imputa, qui
ut attentius quid mediter non sinit. Amstelod. xiv Mart.
CIƆIƆCXXXII.

N. T. cultor
studiosissimus
Caspar Barlaeus.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 53
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/666

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 53
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/666

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 53
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/666

Aen mijn Heere
mijn Heere Constantinus Huygens
Ridder, Heere van Zuylichem,
Secretaris van sijn Excie
woonende in de Houtstraet

port

Hage

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Barlaeus) 53
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/666